

Ioannes Tertius Dei gratia Rex Polonia, Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masouiae
Samogetiae Livoniae Vithiniae Riuoniae Podoliae Podlachiae Smolensiae Seueniae Chernieuiouidq;

Significamus presentibus literis nostris quorum interest Vniuersis et Singulis, Eius apud Nos pretij et respectus esse mentu Venerabilis
Ioannis Gniński, antea Palatini Culmensis, demum Manieburgensis, longa annorum Senē, quā Sago, quā togā, abundissime praestita, ut
licet afflatus Diuini Spiritus, sacratorem Spirituali Vocationis assumat togam, seculariq; Statui se Subtrahat, ac desiderium sui faciat; non
possumus nihilominus illa Vacua et stentia dimittere, quin de Seculari praemio, aliquam gratiam Nostram, Statui Spirituali, per ipsum deuotiss.
simā mente initiato importent et Communicent. Hinc est, quod licet Consentum Nostrum, benignissime ipsi dedimus, quatenus de Capitaneatu
Grodzensi in Palatinatu Ruffia Sitt, in personam Gnosi Vladislai Gniński Filij sui possit cedere, totumq; et integrum Jus suum predicti Capita-
neatus, cum eius omnibus vniuersaliter attinentijs, in memoratum Filium suum transferre et transfundere: pensionem tamen ipsi annuam
ad extrema vite ipsius tempora, super nominato Capitaneatu Grodzensi, summam triginta Millium Florenor Poloniar monetae in Regno
Currentis, assignandam dandam et conferendam esse censuimus: Vti quidem tam apud praenominatum Gnosum Vladislauum Gniński Filium; quā
quod Deus auertat, ipso vita funito, apud Nouum Donatanium, cuiusq; fuerit, assignamus damus et conferimus presentibus literis nostris
ad extrema vite ipsius tempora, quotannis pro festo S. Martini percipiendam, seuandam, ac in quousq; beneplacitos vrbis suos conuertendam
disponendam, siue etiam sine lesione in alias Personas transferendam, atq; pro libero arbitrio suo ordinandam. Quod omnibus gaurum interest
ad Notitiam deducentes, predicto Gnos Vladislao Gniński, Grodzensi Capitaneo, Filio ipsius mandamus, quatenus memoratam summam, sta-
to tempore, sine omni contrarietate et contradictione, quotannis ad manus Venerabilis Patris sui, siue eius Plenipotentis, seu etiam Cessi-
onarij, prompta et parata exsoluat pecunia, sub vigore penarum de proventu Quarte. In quorum fidem presentes Manu Nostra subscriptas, sigillo
Regni Communis insignimus. Datum die Mensis Anno Dni MDCXX Regni Nostris Anno

Regni Communis insignimus. Datum

die Mensis

Anno Dni MDCXX

Regni Nostris Anno

Pensio annua Venerabili Ioanni Gni-
nski Super Capitaneatu Grodzensi

Wladislaus Szezygla
S. D. M. S. S. S.



Faint handwritten text, possibly a signature or date, located in the lower right quadrant of the page.

660

Jan. Adriaen. T. 50. Nr. 1.

Pensio annua Super
pimentu Ruyter
mensi Martii Gmmslu
collata 1690.
à Serenissimo Joanne 3. Rege Polonid.



Rxp 1222/35

1774